

SPECIMEN EMENDATIONUM

conscriptis

HENRICUS JACOB.



SPICERIÆ LIBRARY

Spicer

BOOKS & PAPERS



I.

EMENDATIONES LYCURGIAE.

C. G. Cobeti discipulus¹⁾ qui abhinc sex annis Leocrateam commentatus est, strenua ex qua prodiit disciplina haud indigne tot tantaque eius menda ante vel praetermissa vel parui aestimata et indagavit et correxit ut in hoc specimine eloquentiae atticae luculento fere exhausta possit videri artis criticae opportunitas. qua enim scientia cum sermonis attici tum peculiaris quam oratores perpoliverunt orationis Bataui qui nostra memoria litteris graecis operam nauant, plurimum pollent, eadem ille ornatus cum permulta quae antehac graeca putarentur Lycurgo indigna esse censeret, centum et quinquaginta fere locos aut suopte periculo emendabat aut aliorum iudiciis fretus redintegrabat. quem numerum est quod miremur nobiscum reputantes inde ab anno huius saeculi uno et vicesimo quo tres simul Lycurgi editiones Osanni A. G. Beckeri Henrici²⁾ emissae sint, praeter Bekkeri ac duumvirum turicensium studia cum aliorum tum in primis Maetzneri et Scheibi³⁾ diligentiam in hac oratione emendanda atque explicanda versatam esse. sed dies ut diem doceat, Lycurgi quoque exemplo cognoscere licet. nam si editionem Osanni cum scheibiana ante hos septem annos emissa contenderis, tantam earum habebis discrepantium ut quantum in oratoribus intra illud temporis spatium studia

1) specimen philologicum inaugurale exhibens adnotaciones ad Lycurgi orationem in Leocratem scripsit A. H. G. P. van den Es. LB, 54.

2) Lycurgi orat. in Leocratem. ad fid. codd. rec. F. Osann. Jen, 21. Lycurgi or. att. quae exstant graece. collegit A. G. Becker. Magdeb. 21. praeter editionem Henrici Bonnae emissam eiusdem schedas lycurgeas a Freudenbergio programmate gymnasii Bonnensis 1850 digestas et adnotationibus auctas aedas.

3) Lycurgi orat. in Leocratem recogn. annot. crit. et comment. adiec. E. Maetzner. Berol, 36. Lycurgi orat. in Leocratem ed. C. Scheibe. Lips, 53 Teubn. eodem anno emendationes aliquot lycurgeas proposuit. antea autem in praeclaro libello ‚observations in oratores atticos‘ Hal. 36 de locis quibusdam Leocrateae disputaverat.

critica profecerint, non coniectura sed expertus perspicias. quamquam ne Scheibium quidem hominem de Lysia potissimum ope codicis palatini emendato optime meritum omnia menda sustulisse cum Batavi nova studia ostenderint tum locorum ab utroque nondum emendatorum numerus arguit. ac Batavi quidem inventa quamvis acute docteque excogitata sint neque dubitari queat quin ex ampla et prompta sermonis attici cognitione fluxerint, tamen partim adeo cursim prolata ut vera atque firma desiderentur argumenta partim a libidine quadam emendandi profecta sunt, quae ne nimia in monumenta scriptorum veterum grassetur, summo opere circumspiciendum est. exemplo sint verba exordii orationis §. 3⁴⁾

ἔβουλόμην δ' ἄν, ὡςπερ ὀφελιμόν ἐστι τῇ πόλει εἰναι τὸν κρίνοντας ἐν ταύτῃ τοὺς παρανομοῦντας, οὗτω καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειληφθεῖς. νῦν δὲ περιέστηκεν εἰς τοῦτο, ὡστε — —

in quibus nullam Batavi correctionem comprobandum esse demonstrabo. ac primum quidem uno loco Antiphontis de caed. Her. p. 129 §. 1 commotus ἔβουλόμην μὲν scripsit, ad quam opinionem si Isocratis usum cuius in Leocratea emendanda et enarranda nunquam non ratio habenda est, cognovisset accuratius, neutiquam devenisset. Isocrates enim incisa quorum priore cogitatum vel optatum quiddam, posteriore ipsa res νῦν δὲ particulis exprimitur, ita coniectare solet ut priori desit μέν particula. cuius usus multa exempla in promptu habeo, ex quibus ea tantum eligam quae a Lycurgo non longius recedunt: Isochr. VIII, 36 ἔβουλόμην δ' ἄν, ὡςπερ — οὗτω — . νῦν δὲ θεδονικ — XV, 114 ἔβουλόμην δ' ἄν, ὡςπερ — οὗτως — . νῦν δὲ ταῦτα μὲν ἕάσω — Ep. II, 23 ἔβουλόμην δ' ἄν — . νῦν δὲ — V, 105 ἐτι δ' ἄν πλειστον λέγειν ἐπεχειρουν — . νῦν δὲ φοβοῦμαι — XV, 15 πρὸ πολλοῦ δ' ἄν ἐποιησάμην — . νῦν δὲ λέγει — XV, 92 οὖτι γάρ — . νῦν δὲ — XV, 139 περὶ ὧν ἡδέως ἀν ἀπειλογησάμην — . νῦν δὲ ταῦτα μὲν ἕάσω — cf. Lys. XII, 22 ἐγώ δ' ἔβουλόμην ἄν — . νῦν δὲ — . nec tamen hic usus adeo constans et receptus esse videtur ut addita μέν vocula sit inaudita, velut Isochr. VIII, 5 ἐχρῆν μὲν οὖν — . νῦν δὲ τις οὐκ ἀν ἀθυμήσειεν — ; Psdem. prooem. 23 ἐγώ μέν οὖν ἔβουλόμην ἄν, ὡςπερ — οὗτως — . νῦν δὲ φοβοῦμαι — . atque oratores particulam adipere consueverunt, cum prior incisio hypothesi continetur cuius protasis ita incohatur ut εἰ μέν respondeant νῦν δὲ particulis. quamquam vel ibi voculam omitti iam observatum est. cf. Viger. p. 426 Her. deinde Batavus auctore Dobraeo⁵⁾ τοὺς κρινοῦντας scripsit, quod sine idonea causa factum esse omnibus patet si qui in veram sententiae condicionem subtilius inquisiverint. etenim futuri participio ut oratores notione ut ita dicam substantivi uti solent, velut Isochr. ep. I, 3 οὐκ ἔστιν ὁ διορθώσων Psdem. LVIII, 4 ὡστε μοι μηδὲ τὸν συνεργοῦντα εἶναι, ita uti nequeunt si de re praesenti disputant. cum vero accusatores in urbe iam adsint nec Lycurgus

4) editionibus bibliothecae teubnerianaus usus sum.

5) Dobraeli adversaria a Sholefieldo Cantabrigiae 31 edita.

hoc loco accusatoris munus legibus iudicibusque opponat, quod verbis §. 4 ἀνευ τοῦ παραδόσοντος a Batavo iniuria huc relatis fecit, participio praesentis recte utitur ac quem ad modum εἰσιν οἱ λέγοντες sunt qui dicant sic εἰσιν οἱ κρίνοντες sunt qui accusent legitime dicitur. neque §. 48 futurum revocandum esse credo dummodo verba ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀμύνοντες non ad ἐνθαπερ ἐπάγχθσαν sed ad ἄλλ' ἀποδινόντες referantur. ac quamvis Pseudolysis epít. §. 31 ἄλλ' ἀποδινόντες οὖπερ ἐπάγχθσαν μάχεσθαι emendationem ἀμυνοῦντες iam a Tayloro quod Batavum fugisse videtur⁶⁾ propositam deinde a Dobraeo repetitam commendare videatur, tamen non ea est loci condicio ut eam recipere necessario cogamur. prorsus vero temere §. 99 μεγάλου δὲ στριτοπέδου μελλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν eodem Dobraeo auctore futurum refecit, cuius temeritatis nota eo argumento non aboletur quod futura verborum liquidatorum saepe cum praesentibus confusa sunt. nam μέλλειν verbo infinitivum praesentis adiungi cum aliunde satis constet tum ex ipsius Leocrateae §.§. 7, 66, 80 adparet. cf. Phryn. ed. Lob. p. 336. sed ut regrediar unde deflexi, denique Batavus τὸ αὐτὸν pro simplici αὐτῷ scripsit, quod tantum abest ut comprobem ut ab usu oratoris longe abhorrere contendam.

hinc iam manifestum erit non omnia quae Batavus excogitaverit adversus dubitationem omni ex parte ita munita esse ut eis statim possimus adstipulari. quod etiam evidentius demonstraturum me esse spero disputatione de locis sine dubio corruptis quidem sed aliter emendandis atque Batavus opinatus est instituta. glossemata enim seu emblemata odoratus est permulta, sed licet p. 74 idoneam huius depravationis causam inde repetiverit quod Leocratea ludi magistris in deliciis fuerit, vereor ne eis qui non solum ubertatem orationis lycurgiae cum Isocrate magistro⁷⁾ hoc nomine comparanda verum etiam paullo fusius eam difluere perspexerint,⁸⁾ non omnia probaverit. quamquam orationem glossematis velut §. 2 μὴ παρέχοντας συγγνώμην §. 100 Eur. fr. 14 ἔγενε §. 129 τὴν τιμωρίαν inquinatam esse neque ipse nego. sed de verbis §. 13

1. ἀδύνατον γάρ εἰσιν ἀνευ τοῦ λόγου, μὴ δικαιῶς διεδειχμένους δικαιῶν θέσθαι τὴν ψῆφον iam a Bekkerio expunctis prorsus dissentio. orator postquam inde a §. 11 de se ipso loquens ineptam sycophantarum rationem accusandi contrito oratorum more

6) ignorantia quaedam eorum quae antehac in Leocrateam congesta erant Batavo utique vitio vertenda est, philologo ,ingentem molem editionum conferenti' parum digna. Maetznerum prorsus neglexit; quare altera speciminis particula hic illic sua laude destituta est. §. 84 Κόδρον nomen expunxit quod iam Osannus delendum esse censuerat. eius autem mentionem non fecit.

7) Pspl. vit. X or. XII p. 250 Hüt. εἶτα καὶ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος γνώριμος γενόμενος — Taylori proleg. in ed. A. G. Beck. p. 4. Blumii narr. de Lycurg. orat. Postam. 34. p. 2.

8) Hermogen — περὶ ιδεῶν p. 500 Laur. τροπικώτεροι γάρ εἰσιν οἱ λόγοι μᾶλλον αὐτοῦ καὶ παταδρομῆνος ἔχοντες εἴσιν οὖν κατὰ τῶν ἀποδειχμένων πραγμάτων.

perstrinxit — cf. §. 32. Aesch. contr. Ctes. 205. Isoer. XV, 5 XVI, 2. Psdem. LVIII, 23 —, Areopagi exemplo cuius auctoritas tunc aliquantulum efflouisse videtur — §. 52 — proposito, quantum emolumenti ad reos et accusantes et iudices ex iusta oratione accusatoria redundet, tripertita sententia dicit atque cum iudicium potissimum animos quos verbis καὶ ὑπὸ εὐφροσύνης τὴν φῆμον φέρειν intellegit contra perversas adversariorum rationes praemunire velit, haec verba iam addit quae neque ut Batavus arbitratur fere eadem sunt atque §. 28 οὐ γάρ οἶμαι — ψηφίζεσθαι neque propter articulum ante λόγου futilia. λόγος enim cum accusatoris oratio sit (οἱ τοῦ διάκονος λόγος Isoer. XV, 17), articulo opus est.⁹⁾ neque concinnitatem turbant; quod enim incisionem per γάρ particulam copulatam eadem particula sequitur, primum inde satis excusat quod ad tertiam modo proximae sententiae partem spectat, deinde Lycurgus §§. 75 et 76, 111 et 112, 128 ter, 130 quater, continua verba hac particula conexit. verum cum verba ἀνευ τοῦ λόγου et μὴ δικαιῶς δεδιδυγμένους non cohaerere pateat neque Pinzgero Meieroque¹⁰⁾ epexegesis statuentibus oboediri possit, mendum in iis latet. restat quidem explicatio quam paulisper amplexatus sum, a Scheibio quamquam verba expunxit hypostigme ut videtur indicata, qua verba ἀνευ τοῦ λόγου ad δικαιῶς θέσθαι τὴν φῆμον referuntur ut vi praepositionis legitima ,ratione non habita orationis — Xen. An. I, 3, 13 ἀνευ τῆς Κύρου γνώμης — significant, sed propter collocationem et propter ipsa verba μὴ δικαιῶς δεδιδυγμένους quae pro ἀνευ τοῦ αδίκου λόγου inepte prolata essent, repudianda est. ergo in ἀνευ vocula quam Maetznerus iam in suspicionem vocavit mendum inesse ac reficiendum censui

ἀδύνατον γάρ εστιν ἀνοίᾳ τοῦ λόγου μὴ δικαιῶς δεδιδυγμένους δικαιων θέσθαι τὴν φῆμον.
et A littera et Al cum in codicibus IX—XII saeculi notari constet — Crippsianus autem XIII saeculo exaratus videtur —, facile obliterantur atque §. 100 Eur. frg. 45 A vero intercidit; nam omnes codices πάλαι pro παλαιά praebent. cf. Nauck frg. trag. p. 373. quo etiam hoc loco facto relicua vocaliae particula ut aliquam sanitatis speciem acciperet, in ἀνευ prothesim mutata est. ἀνοίᾳ τοῦ λόγου verbis ad sententiam §. 11 οἱ μὲν γάρ — ἀτοπάτων παιοῦσσι· ut solet recurrir. nihil vero mirandum est definita personae notatione infinitivum vacuum esse. cf. §. 64. Scheib. observ. in or. att. p. 32. lect. Lys. p. 25. μᾶλιστα autem quod Batavus ante ἀνευ διαβολῆς temere interposuit tantum abest ut sententiae vim addat ut eam infringat.

occasionem nanctus ἀνοίᾳ vocem huic loco redditam alii demam. in altera enim Isocratis epistula §. 9 ὡν ἐνθυμούμενον χρὴ μὴ τιμᾶν τὴν ἀνδρίαν τὴν μετ' ἀνοίᾳ ἀλογίστου καὶ φιλοτιμίας ἀναίρου γνησομένην nescio an εὐνοίας scribendum sit ut non solum importuna tautologia qua ἀλογίστος epitheton ἀνοίᾳ substantivo additum est tollatur sed etiam

9) cf. §. 32 ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ λόγου.

10) Lyc. ed. Pinzger Lips, 24. p. 178. Meierus de Lycurgo in ed. fragm. Lyc. a G. Kiesslingio ornata. Hal. 47 p. 145.

vera antithetorum aequabilitas restituatur. nam acerbius Isocrates in Philippum cui hanc epistulam misit invehernetur si in verbis inesset nihil quo stulia bellica eius paullulum laudis acciperent. cum igitur φλοτιμία in bonam partem ita accipienda sit ut temporibus non semper convenire dicatur, etiam priore substantivo virtutem per se laudabilem sed interdum inconsiderate adhibitam exprimi necesse est, quam verbis εὐνοίας ἀλογίστου assequimur. A et EY saepe confundi docuerunt Montfalc. palaeogr. gr. p. 343 Bast comm. p. 706. ac luculentum huius depravationis exemplum ipsius Lyeurgi codices §. 96 edunt, ubi nescio qua auctoritate nixus Scheibius praef. p. X τῶν εὐερῆων ceteri contra τῶν ἀσεβῶν in plerisque codicibus exaratum esse adnotaverunt. nec immemor sum Lysiae IX, 2 ubi δὲ εὐνοίαν verba eandem maculam concepisse videntur, quamquam Foertschius observ. erit. in Lys. p. 7 sq. sententiam aliter reparavit. proinde scholion mediceum Aeschyli Sept. 475 Her. adscriptum αἰόλην δὲ τὴν ἀνίνητον καὶ ταχῖταν emendandum est. εὐκίνητον scribendum esse et lemma ipsum patefacit et ex scholiis Iliadis XII, 167 εὐκίνητοι VI, 359 ταχῖται elucet. accedit Hesychii et Suidae auctoritas. cf. Doederl. gloss. I p. 4.

2. alter locus de quo a Batavo p. 25 et omnibus fere quotquot enarravere Leocrateam, dissentio, est §. 38 ubi codicum verba ἔρημοι μὲν ήσαν οἱ ναοὶ τῶν ιερῶν depravata, non interpolata esse censeo. in schedis Henrici a Freudenbergio editis p. 21 multa quidem congesta sunt unde verba τῶν ιερῶν commentum librarii clerici esse adpareret, sed neque codicis uratislaviensis auctorati neque mendo §. 96 τῶν ἀσεβῶν quod ex communi omnium codicum labe fluxisse perspicuum est, tantum largiri possumus ut opinioni illi assentemur. iam cum facillimae emendationi locus relictus sit, reficere non dubito — ἔρημοι μὲν ήσαν οἱ ναοὶ τῶν ήρώων. ac primum quidem concinnitate membrorum qua motus orator paullo post loco genetivi duo nomina ἡ πόλις καὶ ἡ χάρα (cf. §§. 1. 113. 121. 145) exprompsisse videtur, ut genetivus addatur flagitatur; deinde mentio penatium quorum aediculas Leocrates vacuas esse voluit, aptissima est, quod proxima illa ιερὰ τὰ πατρῷα μετεπέμψατο (cf. §. 25) confirmant. penates autem vel deos gentilicios Lycurgus ipse heroas nominat §. 1. §. 88. Maetzn. p. 73.¹¹⁾ nec offendere licet quod heroibus ναοὶ tribuuntur. ναός vocem enim eadem fere notione qua καλέας Dionys. Hal. AR. III, 70 ἐπειτὴν ἐλθὼν ἐπὶ τὴν καλιάδα τὴν τῶν ἐν τῷ χωρίῳ καθιδρυμένων ἥρώων esse cum permulti loci Herodoti ostendunt tum ex scholio ad Thuc. IV, 90 ιερὸν ναοῦ διαφέρει. ιερὸν μὲν ἀτός ὁ προστερωμένος τόπος τῷ θεῷ, νεώς δὲ ἐνθα ἰδρυται αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τοῦ θεοῦ manifestum est. atque hac ipsa verborum discrepantia permotus οἱ ναοὶ τῶν ιερῶν ,cellae templorum' emendandum esse olim opinatus sum, mox tamen melius ut mihi videbar ἔρημοι adeptus inauditum illud respui.

3. tertius locus quem emendando non exterminando reparasse mihi videor est §. 30

ἔγώ τοινυν τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ ἀδίκως τὴν εἰσαγγελίαν κατὰ Λεωκράτους ποιήσασθαι,
ὅσον ἔγώ μὲν ἐβούλομεν τοῖς ίδιοις κινδύνοις ἐν τοῖς Λεωκράτους οἰκέταις καὶ

11. cf. Schoemann. ant. graec. I p. 369 sq. II p. 139. 183.

Σερπαίναις βασινισθεῖσι τὸν ἔλεγχον γενέσθαι, οὗτοι δὲ διὰ τὸ τούτους συνειδέναι
ἴαυτῷ οὐχ ὑπέμενεν ἀλλ' ἤρυγε.

verba τοὺς ἴδιους κινδύνους in omnibus codicibus exarata cum neque ex structura apta
sint neque Sauppi ea quasi παρενθέτως addita esse opinantis artificio explicari queant,
mendi suspicionem movent. quam Halmius in Act. phil. monac. III p. 136 sq. inter-
iecto participio κινδύνευσιν vel ὑποστάς multo probabilius profligavit quam Reiskius qui
accusativo in dativum mutato haud ita audacter egit, cum τοῖς πολεμίοις verba §. 52
iam dudum pro τοῖς πολεμίοις codicum instaurata talia confundi posse doceant, sed
linguae graecae usum quo praepositio flagitatur, parum perspexit; nam §. 104 τοῖς
ἴδιοις κινδύνοις — πτώμασι nexus plane diversus est. Batavus autem p. 23 lectoris
glossam investigabat ideoque verba tollebat. at ut iam margini adscripta et ab
imperito librario ipsius oratoris verbis immixta sint, neque accusativi glossematis
causa potest excogitari idonea et sententiae ab oratore expromptae parum prospicitur.
is enim cum ex servis servabusque Leocratis testimonia rei aut factae aut non factae
petenda esse intellexisset, προκλήσαι eos ut torquerentur a reo postulaverat. quare
βάτηνος ex iure attico ita instituenda erat ut ipse qui provocaverat, si forte servi
torti laesi essent, damnum susciperet.¹²⁾ sed cum Leocrates famulos non tradidisset
torquendos, suo iam iure Lycurgus reum fraudis sibi conscientiam ait hoc veritatis
exquivendae subsidium denegasse. structura igitur isocratia — IV, 83. V, 51, 111
et 112, 125. VIII, 43, 47, 54. Lyc. 116, 131 — ,tantum abest, inquit, ut iniuste
accusaverim Leocratem ut ipse quidem servos atque servas eius torqueri voluerim
sed iste propter malam conscientiam hanc quaestionem fugerit. iam vero adparet
τοὺς ἴδιους κινδύνους verba si non necessaria esse at certe plurimum valere ad rationem
quae inter accusatorem reumque intercedit efficacius describendam. accedit enim
hoce ,propria pericula nihil moratus famulos Leocratis torqueri volui¹³⁾ atque negatio
adverbii ἀδίκως cum maxime augetur. quae cum ita sint, post βασινισθεῖσι prothesin
εἰς intercidisse statuo atque ab oratore profecta esse arbitror haece

ἐγώ τοίνυν — δοσοί ἐγώ μὲν ἐβούλόμην τοὺς ἴδιους κινδύνους ἐν τοῖς Δεωκράτους
οἰκέταις καὶ Σερπαίναις βασινισθεῖσιν εἰς τὸν ἔλεγχον γενέσθαι, οὗτοι — ἤρυγε.
κινδύνον γίγνεσθαι ἐν τοῖν legitime dici non solum analogia confirmatur verum etiam
exemplis haud alienis Isocr. XVIII, 3 ἐν τριάντα δραχμαῖς κινδύνευσοντα Dem. XXIV, 3
ἔμοι δὲ ἡ χιλίαι ὑπὲρ ὑμῶν ὁ κινδύνος LVII, 53 κινδύνευσιν ἐν φευδομοχρυσίαις. deinde εἰς
praepositionem fine proximi verbi per compendium notato quia eadem litterae iam
scriptae erant, facilime absorberi potuisse et quivis intellegit et vide ne in alio
quoque loco idem acciderit. etenim quae §. 86 ἡ ζῶντες ἵτερα μεταλλάξαι τὴν χώραν
prave traduntur haud scio an εἰς ante ἵτερα interposito Lycurgo digna reddantur.

12) cf. Meier. et Schoemann. de ord. iud. p. 681. Schoem. ant. gr. I, 488. de basano non nulla
Batavus p. 83 congesit.

— 7 —

§. 69 οὐ γάρ τὸν πόλινέξεδιπον ἀλλὰ τὸν τόπον μετάλλαξαν praecisa eaque usitata locutione usus est, hoc loco uberiore quae notioni verbi convenit; nam dicit ,malebant mori quam viventes aliena commutare terram quam incolebant.⁴ ac quem ad modum similia eiusdem radicis verba cum praepositione πρὸς iunguntur ita vel sine exemplis nobis sumere licet etiam μεταλλάττειν τι εἰς τι ea vi dici posse ut commutare alterum altero significant. praeterea apud Platonem Rep. II, 380d καὶ ἀλλάττονται τὸ ἐσωτῆρος εἶδος εἰς πολλὰς μορφὰς apud Dion. Hal. a. r. II, 23 οὐδὲν ἔξαλλάττοντες τὸν ἀρχαιῶν ιερὸν εἰς τὴν ἀλαζόνα πολυτέλειαν haec praepositio invenitur neque usus verbi μεταβάλλειν diversus est. alteram vero formam quae facilitate commendatur restituere dubitavi quia nec apud Lyceurgum nec apud Isocratem¹³⁾ ad quem illius orationem in dialecto aptissime admovendam esse mihi persuasi, vestigia eius inveniuntur. aliae quoque voculae in Leocratea propter confinium similitudinem evanuerunt, velut §. 46 τὰς post ψυχὰς nuper a Scheibio 50 ἀντe αἰσχυνθεῖν dudum a Bekkero 144 ἀντe ἀναμνησθεῖς a Schaubio 51 πολλοὺς ante πολλαχόθεν probabiliter a Batavo 82 τῶν post πάντων a Turicensibus 88 ζῶντες post ἐσπούδαζον ab Halmio 104 τὰς qost πάσας a Blumio¹⁴⁾ restitutae. item ego §. 21 verbis εἰ μὲν οὖν ζῶν ἐπύγχανεν ὁ Ἀμύντας ante ἐπύγχανεν censeo ἐτί inservendum esse, quoniam aliqua temporis notione aegre caremus. quae particula Plutarcho quoque Tib. Gracch. V, 31 ita reddenda est ut ante ultimum verbum ἐπιγεινώσκοντος interponatur. certe eis quae de Pompeio Caes. 45 dixit Πομπέος οὐκέτ' ἦν ὁ αὐτὸς οὐδὲ ἐμέμνητο Πομπέος ὁν Μάγνος multum probabilitatis accipit. ac Dionysius halicarnasensis a. r. I, 4 scripsisse videtur μᾶς; μισοῦσι τὴν ἡγεμονίαν; nam intercidisse aliquid cum in aperto sit tum Ritschelius praceptor clarissimus contendit, μᾶς autem quo addito scriptor unius urbis romanae imperium barbaris regibus odiosum fuisse dicit, propter initium continui verbi facillime obliterari potuit.

4. quartus locus in quo Batavus A. G. Beckeri opinionem amplexus verba mea quidem sententia emendanda confidenter expunxit, est §. 18.

— ἀπίγγειλεν ὡς τὸ μὲν ἄστυ τῆς πόλεως ἐκλαϊκὸς καταλίποι, τὸν δὲ Πειραιές πολιορκούμενον, αὐτὸς δὲ μόνος δικτυωθεῖς ἤκοι.

quomodo τῆς πόλεως verba ex proximo apta esse possint, ipsi videant qui adhuc interpretabantur. Maetznerus exemplis quae p. 112 congesit nihil effecit nisi ut usum ἄστυ substantivi satis contritum de quo nemo in lectione oratorum tantulum temporis versatus dubitabit, denuo illustraret. πόλις vocis notionem latius patere ratus hanc inauditam duarum vocum quae eadem vi esse videntur copulationem studuit explanare, quae sane nulla est. nec talia exempla qualia sunt Arist. pol. VI, 2 ἢ ἀπό τινος τόπου πρὸς τὸ ἄστυ καὶ τὴν πόλιν et Plut. Thes. 23 τὸ ἄστυ τὴν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε quamquam aliquid discriminis interesse demonstrant, ad verba

13) cf. Bensel. praeft. p. 24 ,forma in εἰς ab Isocrate prorsus aliena est.⁴

14) Lyc. or. in Leocr. recogn. et ill. G. A. Blume. Sundiae, 28.

Lycurgi tutanda valent. quapropter Batavus ea expunxit. sed cum nullam mihi opportunitatem emblematis probare queam, immo ita comparata sint verba ut propter difficultatem ipsam reicta esse videantur, mendose ea exarata esse existumo in codicum superstitionum archetypo. atque mendum ni fallor ex itacismo et compendiaria scribendi ratione fluxit. litteras enim η et ω inter se permutatas esse praeter alios Scheibius lect. lys. p. 52 adn. 47 nuper docuit. neque desunt in Lycurgi codicibus cum in ceteris tum in optimo Crrippiano huius depravationis vestigia, quae tametsi supervacaneam industriam citici in codicibus graecis excutiendis versantes increpabunt tamen ne in argumentando deficere videar, recensebo:

§. 14 βούλεύσατε	pro βούλεύσατε
§. 64 παρίδαι	" παριδη
§. 100 Eur. frg. 28 πέμποι	" πέμπη
§. 27 πη	" πωι
§. 103 Hom. frg. 6 ηικωνται	" οιχωνται
§. 143 ποιησάμενοι	" ποιοις; & μόνος

ac facilius est §. 108 ex prava codicum scriptura $\sigmaι\pi\rho\alpha\tau\omega$ vel $\pi\rho\alpha\tau\omega$ elicere $\tilde{\eta}$ $\pi\rho\alpha\tau\omega$ quam $\omega\pi\rho\alpha\tau\omega$ quod Batavo placuit. ne optimum quidem codicem eiusmodi mendis vacuum esse iam adparet. ob hanc rem $\tau\omega\tau$ scribendum articuloque inquinato πόλεως ex πολεμίοις ortum esse statuo, cuius penultima pariter omissa videtur atque in Φίσιδος §. 73 codicum scriptura pro Φαστήλιδος. iam haec verba leges ἀπήγειλεν ὡς τὸ μὲν ἄστυ $\tau\omega\tau$ πολεμίοις ἐαλοικὸς καταλίποι τὸν δὲ Πειραιᾶ πολεμούμενον — —. emendatione mea ad sententiam augendam fere nihil adici ingenue profiteor, sed importunam quae graeca non sit locutionem tolli contendeo. ceterum Batavum secutus Πειραιᾶ scripsi, quae forma et §. 37 legitur et isocratia est. verum genetivum Πειραιῶς §. 37 haud immutaverim, cum non solum Isocrati a Benselero relictus verum etiam fere ubique in codice palatino Lysiae exaratus sit, quamvis Scheibius invito codice alteram formam praetulerit. quod in Lycurgum non cadere omnes statim concedent si quam longe Lysias a Lycurgo distet, perspexerint. in Isocrate autem suo Benselerus iure Πειραιῶς formam a Dindorfio sublatam retinuisse videtur. accedit quod etiam apud Hyperidem pro Euxen. p. 2 Caes. invenitur, ubi Cobetus frustra emendavit.¹⁵⁾

5. iam ad locum transeo quem non solum contra Batavi libidinem huins orationis resecandae tutabor verum etiam, id quod illi non successit, emendare conabor. etenim quae §. 105 in codicibus AB quos fide atque auctoritate ceteris praestare constat, scripta sunt

15) C. J. Caesar praecceptor doctissimus in praef. Hyp. p. IV ,atticismum cobetianum de graecitate non Homero et Luciano solum sed ipsis oratoribus atticis nonnunquam sollicitorem' esse merito atque optimo iure dixit. discipulus magistro haud indignus προσωγορεύσας formam Byzantinorum esse p. 12 narrat. bona verba quaeso. nemo dum aut Demosthenem aut Plutarchum qui hac atque similibus formis usi sunt, in Byzantinorum numero habuit.

καίτοι εἰ τοῖς ἀφ' Ἡρακλίους γεγενημένοις, οἱ ἀειβασιλεύουσιν ἐν Σπάρτῃ, τοὺς παρ' ὑμῶν ἡγεμόνας ἀμείνους ὁ θεός ἔκρινε, πῶς οὐκ ἀνυπέρβλητον χρὴ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν νομίζειν;

duobus mendis inquinata sunt quorum alterum iam a Scheibio sublatum, alterum perspectum quidem sed nondum commode detersum est. παρ' ὑμῶν Lycurgum dixisse ex verbis proximis superioribus patet quorum nulla est in codicibus discrepantia. quanta mala ex horum pronominum confusione oris pravitate ut videtur orta fluxerint, hoc loco repetere nolo; id tantum moneo vel in Crippiano §. 31 ὑμεῖς §.§. 83, 84, 85 ὑμῶν prave legi, a Batavo autem Taylorum §. 1 ὑπὲρ ὑμῶν emendantem iniuria sperti, quod §.§. 76, 146 καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν et §.§. 20, 138 ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καὶ τῆς δημοκρατίας collatis haud aegre concedes. sed quo tandem artificio nexum verborum ita explanabimus ut vere graecus evadat? dativum enim et accusativum simul κρίνειν verbo adjunctos esse quominus Maetznero credamus, usus linguae graecae obstat certissimus atque utut verbi notio quae in comparatione utique versatur, urgetur, insolita casuum copulatio non removetur. vel genetivo vel praepositione opus est. Scheibius igitur ex deterioribus codicibus accusativo arcessito πρὸς τοὺς ἀφ' Ἡρακλίους γεγενημένους scripsit, quamquam utrum praepositio ad comparativum an ad ἔκρινε verbum spectet, initio dubium est. illud cum exemplo thucydidio III, 37 confirmetur et huic loco magis conveniat, praetulerim. Jenickius¹⁶⁾, ἀμυνοῦντας scripsit, quo recepto dativus quidem fundamento iam non caret sed cetera corruunt. verum enim vero alia emendandi via praestare videtur. Lycurgus quantum maiores virtute excelluerint, exemplo Tyrtaei altero bello messenio a Lacedaemoniis arcessiti comprobaturus postquam ipsum Apollinem Atheniensem ducem illis commendasse dixit, ab Atheniensibus tunc vel fortissimos Lacedaemonios superatos esse evincere studet. quod ut efficacius instituat, Herculis posteros quibus regnum Spartae est perpetuum, non universos Spartanos cum Atheniensibus contendit. quapropter Batavo p. 50 verba οἱ ἀει βασιλεύουσιν ἐν Σπάρτῃ ineptum emblema esse opinanti assentari nequeo. neque enim relativa incisio offenditionem habet et Lycurgus Isocratis V, 33 Δακεδαιμόνοις δὲ τοῖς ἀπ' ἐκείνους γεγονότι καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν εἰς ἀπαντὰ τὸν χρόνον δεδώκαστι memor fuisse videtur. nimirum immortales esse reges lacedaemonios orator nec dicere voluit nec dummodo verba sane explanentur, vere dixit. iam mendum in codicibus haud infrequens dispexisse mihi videor. ἔκρινε enim propter depravatam pronuntiationem ex voce ἔχροτε orta est, qua restituta dativo aliquid in quo nitatur lucramur. itacismi cum supra iam attulerim exempla tum luculentum addam §. 81 ἐμπρισθέντων, porro καὶ ζ inter se permutari constat. cf. p. 103 ἡμικωνται. pone ἀμείνους intercidit εἶναι et Lycurgus mea quidem sententia scripsit haec:

16) Jenickii symbolae crit. in Lyc. Leocr. Lps, 43.

καίτοι εἰ τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους γεγενημένοις, οἱ δεὶ βασιλεύουσιν ἐν Σπάρτῃ, τοὺς παρ' ἡμῶν ἡγεμόνας ἀμείνους εἶναι ὁ θεὸς ἔχοντος, πῶς οὐκ ἀνυπέρβλητον χρὴ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν νομίζειν;

cf. §. 99 χρήσαντος δὲ αὐτῷ τοῦ θεοῦ Thuc. I, 134.

6. facillima vero emendatione opus est ad verba §. 113

— τὰ τε ὅστα αὐτοῦ ἀνορύξαι καὶ ἴξορίσαι ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ὅπως ἀν μὴ κένται ἐν τῇ χώρᾳ μηδὲ τὰ ὅστα τοῦ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν προδιδόντος

ex quibus quaedam Dobraeo auctore Batavus exterminavit, oratori recuperanda. Phrynichi caudem enarrans — Thuc. VIII, 90 sq. Lys. XIII, 71 — quo gravius maiorum contra proditores severitatem animis iudicium de simili causa sententias laturorum inculcaret, populi scitum addidit quo si proditor in patria humatus esset, ossa eius erui atque extra fines proici iussum est. consilium decreti ipse orator adiecit; nam verba ὄπως — προδιδόντος non in decreto perscripta esse veri simile est. quare in repetitis verbis τὰ ὅστα nihil inest quod aegre feramus, praesertim cum in aliis locis quoque Lycurgus eadem iteret, quod a natura orationis voci non lectioni destinatae nequaquam abhorret. ob eandem causam §. 27 μὴ φροντίσαντα δὲ μήτε ιερῶν μήτε πατρίδος μήτε νόμων quae Batavo p. 22 ex §. 26 male repetita videntur, equidem excusari posse duco. nec tamen infitias eo Lycurgum in hac re laudi suae parum consuluisse. at τε particula potissimum suspicionem Batavi movit. nec iniuria; Maetznerum qui eam explicare studebat, ignoravit neque eius disputatione commotum aliud sibi persuasurum esse spero. de traiectione enim qua particula a verbo ἀνορύξαι divulsa alienam occupaverit sedem, nec §. 14 nec §. 56 neque hic cogitabit qui traiectionem primum in levioris momenti voculis evitandam esse deinde nisi propter idoneam causam non fieri perspexerit. §. 14 ἐπιφανής τε γάρ ἔστι διὰ τὸν ἐκπλουν τὸν εἰς Ρόδον καὶ τὴν ἀπαγγελίαν omnino non potest fieri ut voculam traiectam esse opinemur, quia ad alteram partem καὶ τὴν ἀπαγγελίαν referri nequit. iter enim in Rhodum susceptum nuntiusque Leocratis de clade allatus cum eodem spectent et coniunctis demum mala fama contineatur, non possunt sic conecti ut et propter illud et propter hunc dicatur ἐπιφανής. non propter iter famosus erat sed propter nuntium quem in Rhodum profectus attulit. multo igitur prudentius egere qui τε γάρ particulas in unam quasi conflatas esse ac ‚namque‘ significare statuunt, in quibus G. Hermannus qui ad Soph. Trach. 1015 adnotavit ,nempe ut Latini namque dicunt. τε illud non copulat, sed lenius affirmit quam τοι, unde natum est, ut germanice per ia wohl exprimi possit. cf. Matth. gr. p. 1505. Schaeff. app. dem. II, p. 579. eadem fere Ullricum in symbolis thueydiis sentire memini. etenim apud Thucydidem II, 65; IV, 52; VII, 81; quibus locis si Sauppi emendationem codicum fide stabilitam comprobaveris, VII, 24 addere haud dubitabis, hae particulae ita coniunctae inveniuntur ut τε nihil habere videatur quo referatur. hinc sagacissimus ille enarrator eo consilio coniunctas eas esse colligit ut digressionem quandam a proposito indi-

carent, quod primo loco aptissimum esse haud infitiamur, licet etiam ad eum diversam adhiberi posse explicationem illico adpareat. nec reliqui quos laudavi loci omni ex parte tam communiti sunt ut dubitatio prorsus profligetur; structuram enim immutari quamquam permulta iam remota sunt spuria tamen indubitatae fidei exempla docent innumera. ecquem fugit etiam apud oratores τε et δι particulas longissime diversas recte saneque sibi respondere? cf. G. Herm. ad Eur. Med. 1214. hoc accedit Psdem. VII, 39 Isoer. VIII, 15. cf. Bensel. praef. p. 48. τε γάρ autem inveniuntur in Epitaphio Lysiae adscripto §. 17 ή τε γάρ ἀρχὴ τοῦ βίου δικαιαία. — πρῶτοι δι ων — apud Isocratem III, 32 πρὸς τε γάρ τοὺς πολῖτας — ἀβύτου δὲ τῆς Ἑλλάδος — XV, 232 ἐκεῖνός τε γάρ προστάτης — μετὰ δὲ ταῦτα Κλεισθένης —. tamen Isocrates saepius ita usus est particulis ut τε ante γάρ alteri τε respondere in aperto sit. ut paucis quod sentio dicam, exempla eiusmodi sunt ut alteram incisionem quae τε vel ων particula addita priori aequalis esse debebat, data opera scriptor diversa eaque efficaciore forma expromat. nec vero ullo loco ex oratorum monumentis sumpto ad illam explicationem qua τε γάρ una esse notione existimanda sint, confugere cogimur. ac primum quidem si ,namque^ε vocalarum esset significatio, γάρ τε dicendum erat pariter ac ων τε, μέν τε, δέ τε, alia;¹⁷⁾ deinde hic particulae τε usus ex sermone epicorum translatus ut poetis convenit a quibus τε γάρ coniunctim proferri posse non negaverim, ita a pedestri oratione abhorret. ceteroquin τε particula vere copulativa est; nisi quod diligentius quaerendum utra sententiae pars aut re aut cogitatione priori per illam voculam conditae annexa sit, quin omitti eam posse non alienum est. iam vero eo deducta mihi videtur argumentatio ut Lycurgum particulis una notione copulatis prorsus abstinuisse adpareat. ergo alterum incisum cum priore cuius vestigium τε ipsum indicat, iunctum aut novam structuram accepit aut omnino deest. sed neque quicquam cogitando expleri potest ubi res acta narratur, et secundae incisionis in eis quae secuntur nullam video opportunitatem, nisi forte quis verbis §. 15 οἱ ἴσωσι mutilis illis quidem sed ob aliam causam mox emendandis δι inserere animum inducit. quidni igitur cum Bekker molestem voculam missam faciamus? at vestigia integrae scripturae in ea latere existumo; nam in τοιιι mutata vim sententiae commode auget. finge iudices gravitatem causae a Lycurgo modo praedicatam mirari. quae dixit confirmans et amplificans orator iam narrat ,insignis sane est propter iter in Rhodum susceptum nuntiumque eo allatum.^ε τοιι autem quod post γάρ positum esse exspectabis, eandem ob causam verbo ἐπιφανίς adiunctum est propter quam hoc in capite totius sententiae praelucet. cf. Stallb. ad. Plat. symp. p. 219 A. §. 56 εἰ μὴ κατεργώντες τε αὐτοῦ προδεδωκένται τὴν πατρίδα καὶ μεγάλα πάντας ἡδυκαίνου; una T litterula omissa quippe quae ex [proxima I nata sit, ειντοῦ reficio. restat igitur ille locus a quo profecti sumus. cum ne hic quidem particulam traiectam

17) cf. Hom. p., 78. K., 190.

esse concedamus, γε pro τε reficimus. nam Athenienses cum ipsum hominem vivum suppicio afficere non possent, certe quidem in ossa mortui severe vindicandum esse decreverunt.

quae adhuc disserui eo spectabant ut quae Batavus seu graecitate seu elegantia ductus exterminavit, partim emendando partim explicando retinenda esse pro virili parte demonstrarem. multa quidem supersunt et ipsa ab illo expuncta quae ambiguntur ac vereor ne in Lycurgo cum eadem alacritate ab aliis emendato maiorem integratatis nitorem mox simus admiraturi quam de quo ipse voluerit laudari. sed satius mihi videtur ea tantummodo tollere quorum pravitatem non sentire sed demonstrare licet. huc pertinent verba §. 25

7. — — καὶ ἴδρυσασθαι ἐπὶ ξένης καὶ ἀλλοτρίας, καὶ εἶναι ὁθνεῖς τῇ χώρᾳ καὶ τοῖς νομίμοις τοῖς κατὰ τὸν Μεγαρέων πόλειν εἰδισμένοις.

quae vereor ne incepto additamento Lycurgo indigna sint. Antiphon II, β, 9 ἐπὶ ξένης, Psdem. ep. III, 38 ἐπὶ ξένης Isoer. X, 50 ἐπὶ τῇ ἀλλοτρίᾳ IV, 168 ἐπὶ ξένης XVIII, 23 utroque coniuncto ἐπὶ ξένης καὶ παρ' ἀλλοτρίοις dixit, unde quomodo oratores talia exprompsierint, colligimus. iam Lycurgus foedissimae tautologiae obnoxius est quam eo confidentius ei adimamus quo apertior est emblematis origo. Harpocratio ὁθνεῖς Ισαῖος ἐν τῷ κατὰ Στριτοκλέους ἀντὶ τοῦ ἀλλότριος, ὡς καὶ παρὰ Πλάτων ἐν πρώτῳ νόμῳ adiectivum ὁθνεῖος epitheto ἀλλότριος interpretatur.¹⁸⁾ inde igitur glossa quae voci haud ita frequenti opus esse videbatur, adpicta ac sensim a loco remota ipsius oratoris esse ducebatur. expunctis verbis καὶ ἀλλοτρίας nihil iam erit offensiunculae.

8. non dubito quin eandem maculam conceperit §. 43 cuius extrema verba
— τὸν οὐδὲ συμπενθῆσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς τολμήσαντα, οὐδὲ συμβεβλημένον οὐδὲν εἰς τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου σωτηρίαν;

utpote a Lycurgo non scripta orationi adimenda esse ipsa collocatio indicat. quamvis enim verba η̄ ρήτωρ — βουλήσεις intercedant, accusativos ad priorem interrogationis partem quippe a qua sola pendere possint, referendos esse consentaneum est. sed cur orator altero membro quo verba dilacerantur interposito accusativo maluerit uti eoque ad ἀπολύτειν spectante quam dativo quem verbis τῷ προσότῃ nunc parum concinne atque aequabiliter ut videtur expromptis protinus adiungeremus, causam invenio nullam. certe Maetznerus p. 159 adnotans oratorem ad iudicium potissimum sententiam respexisse ideoque ad quartum casum rediisse hariolatur quia si ita orationem stuere in animo fuisse Lycurgo, verba utique eis tribuenda erant quae revera ad iudices spectant. hinc ante τις ἀν τὸν δικιστής per transpositionem collocanda esse forsitan quis coniecerit. sed ne ita quidem sana sunt. primum enim incisa geminato articulo bipartito prolata parum placent quippe quae in eadem sententia versentur, deinde idem utriusque incisi exitus τοῦ δήμου σωτηρίαν dissonus est. verum

18) Suid. ὁθνεῖα. ξένη. καὶ ὁθνεῖος, ἀλλογενῆς, ξένος, ἀλλοτριος.

enim vero verba ipsa digna sunt quae in suspicionem vocentur. nam iure quaerere licet cur orator negationem mutaverit paulo ante μή nunc οὐ particula utens. quae commutatio dubito num adnotatione Maetzneri enucleata sit. cum enim dicat μήτε ad iudicium mentem οὐδέ ad oratorem enarrantem spectare, ultro corruunt quae ad accusativum explicandum ab eo excogitata esse cognovimus. huc adde quod eiusmodi discrimen in sententiis plane similibus statui nequit. praeterea quamvis membra οὐδέ geminato interdum coniungi haud ignorem, tamen hoc loco in copulatione aliquid inest molesti, quoniam prius οὐδέ ,ne — quidem alterum ,neque significat atque illam verba unum pravitatis indicium completentia hanc contra universe dicta secuntur. denique nullo negotio demonstrare licet quomodo spuria verba conglutinata sint. supra orator προδόντα τὴν τοῦ δῆμου σωτηρίαν infra εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν dixit; gnarus annotator utrumque conflavit, συμβεβλημένον ex συνεβάλλετο §. 44 elicuit, quae §. 45 de Leocrate mortuos contemnente dicuntur, ansam verbi συμπενθήσαι fingendi praebuerunt.

haud pauci loci supersunt quorum emendatio cum lubrica sit argumentisque destituta tam certis ut omne punctum tulisse videatur qui in negotio arduo periclitetur, a Batavo ceteroquin conjectandi cupidissimo desperata est. in hoc numero est §. 109

9. τοιγαροῦν ἐπὶ τοῖς ὄροις τοῦ βίου μαρτύρια ἔστιν ίδειν τῆς ἀρετᾶς αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ πρὸς ἀπαντας τοὺς Ἑλληνας,

res mihi est cum verbis ἐπὶ τοῖς ὄροις τοῦ βίου quae graecam indolem adeo non praeferunt ut ne poetica quidem audacia excusari queant. neque enim quemquam locum in quo homines mortui sepeliuntur, his verbis obscurasse potius quam illustrasse persuasum mihi est. accedit quod si tanti est aliquid sani e metaphora elicere, ὄροις dicendum erat; nam ὄρια voce qua Lycurgus §. 21 et 47 de finibus terrae usus est, hoc loco ubi verbum ἀναγεγραμμένα termini notionem postulat, vis metaphorae inepte infringitur.¹⁹⁾ ac quamquam Lycurgus ardore abreptus hic illic poetas imitatus esse videtur, velut §. 40 ἐπὶ γῆρας ὁδῷ περιφερομένους §. 49 μὴ πτηξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον, tamen ne hanc ei locutionem inauditam tribuamus, §. 142 obstat ubi similia leviter tangens nude dixit τὰ ἐλεγεῖται τὰ ἐπιγεγραμμένα τοῖς μνημεῖοις. ergo et usu et structura qua depravata verba ex continuais ἔστιν ίδειν apta sunt, vox flagitatur nuda ac simplici notione sepulcri. quod intellegens Wurmius ad Din. p. 182 praeeunte Corae verba τοῦ βίου expunxit scripsitque ἐπὶ τοῖς ἡρίοις substantivo adhibito quo non solum Lycurgus Harpocratione teste in oratione in Autolycum conscripta²⁰⁾

19) vix est quod moneam de terminis interdum sepulcris adpositis cogitari non posse; nam οἱ ἡροὶ τοῦ βίου sepulcra ipsa non termini propter sepulcra collocati esse debent. cf. C. F. Hermann de terminis eorumque religione. Gott, 46. p. 35.

20) Harpoer. p. 140 ἡρία· ἐν τῷ κατ' Αὐτοκόνου. ἡρία σίσιν οἱ τάφοι etc. Hesych. ἡρία· μνημεῖα. Suid. ἡρίου ὄνομα τόπου. ἡρίοις δὲ ὁ τάφος. Etym. magn. ἡρία τοὺς τάφους. Καλλίμαχος· τίνος ἡρίοις ιστάται τοῦτο. cf. edit. A. G. Bekkeri p. 212 III. apud Turic. frg. 14.

sed etiam Demosthenes LVII, 67 usus est. sed cum neque verba τοῦ βίου quomodo irrepserint, explicari queant neque ἡριον vocis notio huc prorsus valeat, aliam viam ingressus ex τοῦ βίου verbis τύμβοις elicio. fortasse mendum ex transpositis I et O litteris ultimae syllabae natum est, quas sedem non nunquam mutare ex Xen. An. VII, 2, 33 eluet ubi in codicibus quibusdam pro ἀδιφριος ἐν διφροις exaratum est. τύμβοις vero restituto facere non possumus quin etiam epitheton immutemus. atqui contendere aliquis possit ὅρια sepultra vocari in finibus exaggerata, illud Marathone oppidulo in terminis Atticae sito²¹⁾ hoc in Thermopylis Helladis propugnaculo; epitheto igitur oratorem idem delibare quod paullo ante verbis ἢ πρότον τῆς Ἀττικῆς ἑτέρων et εν Θερμοπύλαις expresserit atque inesse laudis quandam particulam. sed cum talem ὅριον adiectivi usum ignorem, tutius mihi videtur ὄσιον reficere quod ab oratoris studio praedicandi non abhorret. assecuti igitur sumus haece

τοιγαροῦν ἐπὶ τοῖς ὄσιοις τύμβοις μαρτύρια ἔστιν ἴδειν τὴν ὁρετήν αὐτῶν ἀναγγειραμένην
ἀληθῆ πρὸς ἀπαντας τοὺς Ἕλληνας —

ultima verba cur a Batavo in suspicionem vocata sint, equidem dispicere nequeo; intelleget qui aliquam cum Lycurgo familiaritatem inierit.

10. alter locus quem corruptissimum totius orationis esse duco, propter pauca quae patent veritatis indicia talis quidem est ut verane sit emendatio, ad liquidum perduci non possit, sed quoniam non solum veritas sed etiam probabilitas in criticis magni aestimanda est, anicipitis negotii periculo non deterritus quae ego habitatione et codicum oblitteratorum et obscurae quae narratur rei excogitavi ea vel invito Batavo inanem laborem exprobrante in medio proponam. crux Leocratis enarrans orator §. 19 testimonia recitari iubet primum eorum qui Leocratem in bello Athenis fuga decessisse compertum habent, deinde eorum qui ementitum eius nuntium Rhodiis allatum audiverunt, tum Phrycini testimonium quod quale fuerit divinare quidem licet sed pro certo habere non licet. ultima enim verba §. 19 in codicibus ita scripta sunt:

ὅν καὶ ὑμῶν οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα τούτου ἐν τῷ δέκαῳ ὥς καὶ μεγάλα καὶ
βλάβους εἴη τὴν πεντηκοστὴν μετέχων αὐτοῖς.

ac primum quidem cum participio deesse verbum unde penderet, in propatulo esset, iam in Aldina pone ὑμῶν verbum ισασιν additum est, in quo quo minus acquiescamus nihil obstat; nisi quod post verba οἱ πολλοὶ transposuerim cum inter οἱ πολλοὶ et κατηγοροῦντα propter itacismum et similitudinem litterarum facilius potuerit intercidere. sed hoc levius, restant verba tanto opere intricata ut ea me qua scriptoribus huius consilii opus sit brevitate vix sperem rem esse profligaturum. initium capiamus a verbis τὴν πεντηκοστὴν quae cum ad continua spectare nequeant, circumspiciamus

21) itaque Isocrates IV, 87 dixit βοηθούσαντας ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς χώρας.

oportet qua tandem ratione aliquid lucremur unde pendeant. quodsi §. 58 εἰ δὲ καὶ πεντηκοστῆς μιτέχουν ἐπύγχανεν, τὸν οὐκ ἀν καταλιπὼν κατ' ἔμπορίαν ἀπεδήμει contendimus, statim manifestum est, Leocratem tempore pugnae chaeronensis pentecostologum fuisse et una cum aliis publica emporii vectigalia conduxisse conductaque a mercatoribus exegisse. pentecostologia autem qualis fuerit, hoc loco tanto minus praetermittendum videtur quanto clarior inde affulget spes fore ut ratione eius recte perspecta quedam eaque gravia ad locum nostrum explicandum adipiscamur. sed cum praeter Sluiterum lect. Andoc. p. 106 et Schoemann ant. gr. I p. 452 Boeckhius oec. I p. 425 sq. ed. sec. omnia de hac re tradiderit, ea modo delibare opus est quae hic pertinent. vectigalia igitur a civibus conducebantur neque una semper societas publicanorum fuisse videtur sed interdum plures. quapropter §. 58 articulus quem Henricus addidit, a Maetznero iure repudiatus est; hoc loco contra necessarius est quia Phrycinus de quinquagesima cuius ipse vel socius vel praeses erat a Leocrate neglecta questus est. cogitantibus vero nobis quid orator testimonio Phrycini efficere voluerit, plures viae patescunt. paullo ante dixerat nuntio a Leocrate allato mercatores Athenas vecturos in Rhodo naves exonerasse, quod redemptoribus quinquagesimae damnum attulisse consentaneum est; nam de importatis potissimum mercibus eam exigebant. propter hanc causam plerique quorum suspitiones apud Maetznerum Scheibiumque enumeratae sunt, locum ita instaurare conabantur ut aut αἴτιος intercidisse aut καταβλάπτειν verbum restituendum esse sibi persuaderent. at neutrum mihi probaverunt; illi enim accusativi τὴν πεντηκοστήν rationem habuerunt nullam, hi usum verbi καταβλάπτειν dubito num recte perspexerint, quod cum de hominibus qui laeduntur, non de rebus quibus damnum affertur, apud oratores usurpetur, huic loco non convenit. atque ὡς καὶ μεγάλα καταβλαθεῖς εἴη τὴν πεντηκοστήν, quo commento ad Phrycinum refertur, inusitate et ineleganter dictum est. iam vero alia ex parte rem expendamus. Leocrati cum in numero pentecostologorum esset, urbe decedere officioque deesse non licuit; nam socii ipsi vectigalia exigere solebant singulisque singulae munera partes demandatae esse videntur. practerea absentem pecuniam sociis et aerario debitam aut omnino non aut sero soluisse veri simile est; sed propterea eum male audivisse vix puto quia §. 22 symbolas dedisse dicitur. Phrycinus igitur quem ἀρχώντα²²⁾ fuisse suspicor, occasione data eum etiam absentem propter munus neglectum increpitare potuit; nam de iusta accusatione in iudicio heliastico instituta quae Boeckhio l. l. p. 452 adn. c. placuit, cogitare neque verbis ἐν τῷ δῆμῳ aliter hic dictis atque §. 117 neque verbo καταγραφεῖν cogimur quod latius patere ut aliunde constat ita §.§. 11 et 149 confirmatur. immo absentem Leocratem accusare ineptum et Lycurgus qua est in criminibus

22) etym. ἀρχώντας ὁ ἀρχῶν ὁντις ἡστενοζοῦν. Bekk. anecd. I p. 202. Andoc. I, 133. etiam τελωνάρχης dicitur.

indagandis sagacitate, non semel neque tam nude accusationis fecisset mentionem. quae cum ita sint, Phrycinum in concione nescio quam occasionem adeptum criminatum esse Leocratis in munere obeundo negligentiam atque socordiam arbitror eiusque testimonio usum esse oratorem ad profectionem rei contra leges susceptam confirmandam. item §. 58 hac re usus est. ergo ex verbis depravatis elicio

ὅν καὶ ὑμῶν οἱ πολλοὶ ιστοι κατηγοροῦνται τούτου ἐν τῷ δῆμῳ ὡς καὶ μεγάλα καταβλακεύστε τὴν πεντηκοστὴν μετέχων αὐτοῖς.

insolutum quidem verbum sed propter hoc ipsum corruptum reficio. satis enim Xen. An. VII, 6, 22 οὗτε κατεβλακεύσαμεν τὰ τούτου firmatur. μεγάλα pariter additum est atque verbis βλάπτειν §. 110 εὑρετικάναι §. 140 ἀδικήναι §. 56. κατηγορεῖν ὡς particulam sequi Lysiae multi loci — I, 20—37; VII, 21; XX, 1. 5; XXIV, 9. 12 — et Isocratis non nulli — VI, 33; IV, 100 — docent. denique αὐτοῖς quod primo in αὐτῇ vel αὐτῷ mutandum esse videbatur, reliqui tanquam integrum cum universa publicanorum societas cuius Phrycinus fuit, κατὰ σύνεσιν significetur.

ceterum καὶ vocula quam in κατά mutavi, etiam aliorum mendorum causa fuit. §. 57 τούτου δὲ μόνον ἐν τοῖς τότε καιροῖς καὶ κατ' ἐργασίαν ἐκπλεῖν Taylоро eam expungenti adsentior; artificiosius enim contortiusque Lycurgus diceret, si particula addita vel ad ἐκπλεῖν vel ad κατ' ἐργασίαν referenda esset. ditto graphia ortam eodem iure expungimus quo §. 34 καὶ προδιδόνται καὶ βασανίζειν iam dudum repulsa est. cf. §. 98 ubi Crippiano excepto omnes codices τυχεῖν δὲ καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους suppeditant. ac probabiliter Batavus §. 16 ἀλλὰ τοῖς αἰτίοις ὀργίζεσθαι καὶ δι' οὓς ἀναγκάζομαι νῦν μεμνήσθαι περὶ αὐτῶν voculam delevit, sed iam Coraem hoc sensisse rursus eum fugit. iam ut καὶ hic illic exterminandum esse comprobavimus ita in loco cui sagacitatem Batavi defuisse miror, sic addendum esse videtur ut maior simul labes detergeatur. namque verba §. 15

11. οἱ ιστοι τὰ τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων ἔργα ἐναντιώτατα τοῖς τούτῳ διαπεπρυγμένοις ὄντα

propterea suspitiosa sunt quod alterum incisum quod modo scripsi cum priore non coniunctum est, quod asyndeton eo minus excusatur quo facilius est intellegere illud ad verba τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐξεῖ non spectare; neque enim mercatores solum apud Rhodios fortuito versantes facinora Leocratis rebus a maioribus gestis dissimillima esse compertum habebant sed omnes Graeci. ita demum argumentatio Lyurgi valida est. fuerunt igitur qui verba οἱ — ὄντα pone παρὰ πᾶσι τοῖς Ἑλλησιν ἔσται λόγος transponerent, quibus et ipse obtemperarem si neque ratio transponendi esset audacior et verborum continuorum ὥστε — αὐτοῦ facilior nexus restitueretur. porro Sauppius ut incisa relativa sibi subiecta fierent neve particula desideraretur, alterum ad τὴν οἰκουμένην per synesim referebat eo nomine a Maetznero laudatus, notatus iure a Scheibio. Lys. XXV, 1 autem quo exemplo vi sententiae neglecta asyndeton relativorum paratacticorum defendi posse paulisper opinatus eram, nunc a Scheibio

lect. Lys. p. 55 egregie emendatum esse video. iam cum altera eaque gravissima causa ex sententia petita accedat, pauca intercidisse arbitrans locum ita redintegro:

καῖτοι πάντες ἵσται τὰ τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων ἔργα ἐναντιώτατα τοῖς τούτῳ
διαπεπραγμένοις ὅνται.

Leocrates mercatoribus apud Rhodios commorantibus falsum de urbe patria nuntium attulit, qui orbem terrarum circumvehentes quae a Leocrate acceperant renuntiabant. cf. Xen. An. V, 6, 21 ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἔμποροι ἀπήγγελλον ταῖς πόλεσι. atqui omnes haud ignorant maiorum vestorum facinora rebus ab isto peractis dissimillima esse. proinde curandum est ut recte atque ordine de illo deliberetis. πάντες quod fortasse non necessarium videtur, ut omnis dubitatio tolleretur, addidi Isoc. XII, 12 καῖτοι πάντες ἵσται haud immemor.

12. verba extrema §. 134

οἱ μὲν γέροι ἄλλοι προδόται μέλλοντες ἀδικεῖν, ὅταν μὴ ληφθῶσι (Scheib. ὅταν
καταληφθῶσι), τιμωρίαν ὑπέχουσιν. οὗτος δὲ μόνος διαπεπραγμένος ὅπερ ἐπέχειρησε,
τὴν πόλιν ἐγκαταλιπὼν κρίνεται.

Batavo tantum molestiae pepererunt ut quae eis medella afferenda esse videretur, indicaret quidem sed emendationem non proponeret. atque verba ὅταν μὴ ληφθῶσι emendanda esse quis est quem fugiat? orator Leocratem summam meruisse poenam, quin etiam supplicium sceleribus eius parum respondere demonstrans ceteros prodidores huic ita opponit ut illos scelus meditantes parantesque poenas dare hunc facinore iam perpetrato in ius vocatum esse dicat. quae oppositio hinc verbis μέλλοντες ἀδικεῖν illinc διαπεπραγμένος ὅπερ ἐπέχειρησε lucide pleneque continentur; quapropter in verbis corruptis non opus est notionem ,eorum quae non perpetraverunt latere. quod si ita esset, Lycurgus ὅταν μὴ εὐτυχῶσι vel κατορθῶσι dixisset. immo cum tum demum qui proditionem parant atque male facturi sunt, poenae subiciantur cum malus eorum animus manifestus est, recte senserunt qui ὅταν καταληφθῶσι vel συλληφθῶσι instaurabant. nec ulla alia causa nisi maioris facilitatis specie adducor ut ὅταν μὴ ληφθῶσι scribam; nam ληθῶσι forma quam Xenophonti confidenter restituerem, Lycurgum ditare dubito. cf. Lob. ad Phryn. p. 63. verba τὴν πόλιν ἐγκαταλιπὼν Dobraeus expunxit de quibus haud scio an dispellatur dubitatio si ἐγκαταλιπὼν ex ἐγκαταλιπεῖν depravatum esse censeas. namque aut ex κρίνεται verbo apta sunt aut ad proxima οὗτος δὲ μόνος spectant. verum cum utraque ratione explicandi et concinnitas et vis oppositionis infringatur, infinitivo restituto epexegesin proximorum assequimur. cf. §. 137. Plut. T. G. XI.

III.

EMENDATIONES AMPELIANAE.

L. Ampeli librum memorialem quem plerique seu ignorantes seu tenuitatem argumenti repudiantes criticis studiis parum dignum habere videntur, Ricardus tamen Bentleius et commemoravit et emendavit,¹⁾ eo nuper consilio perlegi ut de fontibus faraginis ex variis ut videtur scriptoribus congestae ad certum iudicium pervenirem, sed quia in certum quandam plagularum numerum haec scriptio coartanda est, eo redactum me esse cognosco ut non continuae fontium perscrutationis sed emendationum carptim propositarum laudem affectare possim. ac multa quidem in libello redintegranda sunt et vestigiis pravae scripturae quae apographo monacensi exhibetur accuratius excussis et aliis scriptoribus ac maxime quidem eis ex quibus Ampelium hausisse constat in auxilium vocatis. Eduardus enim Woelflinus qui hunc litteratorem nuper edidit et peculiari dissertatione docte illustravit,²⁾ multa et non levia reliquit quae foedissime tradita esse adparet. nec mirum est; nam cum et certum fundamentum arti criticae in Ampelio factitandae desit, si quidem Salmasi apographum codicem divionensem³⁾ qui interiisse videtur, compensare nequit, nec omnes fontes quippe quorum bona pars et ipsa vel mutila vel omnino non posteritati tradita sit, tanto successu investigari possint ut dubitatio penitus exhauriatur, facere non possumus quin interdum utroque subsidio destituti haesitemus. sed in multis locis ex apographo oblitterato quod editioni principi utique anteponendum est, vera eruere haud arduum est. cuius rei pauca exempla proponam.

1. VIII, 1 in apographo leguntur haece: secundus abide (ed. I abinde) in Arcadia, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proserpina Liberum patrem procreavit primum victoriam (ed. I uictorum). Woelflinus post ‚victoriam‘ quod Salmasius in ‚victorum‘ perperam commutavit, signum lacunae pinxit, ex mea autem sententia lacuna in ipso verbo latet neglegentia librariorum ex duabus verbis in unum conflato.

1) commemoravit Amp. VI, 6 ad Hor. car. I, 3, 20. emendavit, quod Woelflinum adn. crit. p. VII praeterit, Amp. XIII, 5 ad Hor. ep. ad Pis. 402.

2) Lucii Ampelii liber memorialis recogn. E. W. Lps, 54. De Lucii Ampelii libro memoriali quaestiones criticae et historicae. Gott, 54.

3) cf. de codice praef. ed. pr. 1638 p. 293 sq. de apographo Woelffl. diss. p. 8 sq. ceterum lectiones ed. pr. quae Parisiis in manus Woelflini incidunt, non ubique cum mea consentiunt.

comparatis verbis §. 11 eiusdem capitinis ,hic agricola et inventor vini‘ dubium non est quin ,vini inventorem‘ scribendum sit; nam Libero patri bello victori quem Tacitus ann. III, 61 dixit, nullus hic locus est. cf. Enn. frg. p. 107, 149 Vahl. ,illis Lyaeus vitis inventor sacrae‘ propter similitudinem litterarum ultima pars prioris et prior posterioris vocis interciderunt, quo facto mutila verba in unum confluxerunt. in memoriam mihi redit Apulei locus ex initio fabulae de Psyche et Cupidine sumptus ubi O. Jahnius Laurentianum secutus edidit: ,ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus —‘ verbum quod aperte deest Stollius in censura nitidissimae editionis amalibus Lipsiensibus anni 56 inserta ita assecutus est ut ,venerabantur‘ propter ,Venerem‘ intercidisse statueret. sed nescio an in ipso verbo adorationibus lateat atque restituendum sit ,ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorabant orationibus‘. cf. p. 32, 5; 56, 54. apud Ampelium vero ad quem revertor, aliud mendum superesse cognosco; nam ,abide‘ haud dubie corruptum est, sed quamquam genitoris nomen in eo delitescere et ceteri dii quorum parentes addi solent, confirmant et prior vocis mendozae particula indicare videtur, tamen huius indagatio eo fit difficilior quod genealogorum vel theologorum sententiae inter se dissident nec fons Ampeli pro explorato habetur. cf. Woelfl. diss. p. 28 sq. in huius rei ambiguitate tamen aliquid periclitari lubet. una enim littera transposita AB DIE scripserim, quam emendationem certo testimonio nequeo quidem fulcire sed ab euhemerismo huius genealogiae non abhorrire contendo. nam Jovem diemque a veteribus coniunctos esse ~~λύκον~~; Lucetius Diespiter nomina comprobant quorum ultimum a Macrobio Sat. I, 15 non recte explicari constat; prior enim compositi pars non est genetivus. praeterea alterum relativum removendum videtur. scripsit igitur Ampelius: ,Secundus ab die in Arcadia qui Saturnius cognominatur atque ex Proserpina Liberum patrem procreavit primum vini inventorem‘.

2. extrema verba capitinis noni similiter corrupta sunt. in apographo scripta sunt ,sextus Jovis ex Alcumena qui atlanta docuit‘, in editione principe autem est ,sextus Jovis ex Alcemena qui Atlanta docuit‘, unde volgatam lectionem ex emendatione Salmasi fluxisse iam intelleges. Ampelius cum sex Hercules recenseat eosque valde obscuros, in notissimo non potuit ea praetermittere quibus maxime conspicuus est. magistrum vero Atlantis Herculem fuisse non traditum est; quapropter Rothius auctoritate Pausaniae V, 18, 1 scite usus ,domuit‘ correxit. sed quoniam etiam haec res obscurior mihi videtur quam qua Ampelius ad sextum Herculem a ceteris seiungendum uti potuerit, ex laciniis apographi haec elicio: sextus Jovis ex Alcumena qui athla exantlavit duodecim. athla quam vocem Halmius iam invenerat, Herculis labores ab Ampelio ipso II, 3 et ab Hygino vocantur, exantlare autem quod mirum in modum dilaceratum est, ut apud antiquos Romanos floruit ita apud posteriores scriptores sermonem antiquitate imbutum affectantes velut apud Apuleium rursus adamari coepit. digna est quae propter eundem colorem observetur forma

Aleumena. nec desunt alia in apographo vestigia unde scriptoris aetate haec nondum evanuisse vel fontium memoriam ab eo diligenter observatam esse adparet, velut XV, 11 pedestris simul atque navalis 13 saevientis XVIII, 19 dominantis XVIII, 8 nocentis XXXVIII, 2 Fidenatis XL, 4 inferentis II, 6 Icari XVIII, 5 Pompei XXVI, 3 Ampulei 4 Livi I, 4 oblicus.

3. in capite altero quo duodecim signa zodiaci fabulis quibus originem debent additis enarrantur, praeter leviora quaedam verba §. 7 ,Libra quam Graeci ζυγία appellant^c etc. offendendi ansam praebeant duplcam. ac primum quidem emendanda sunt; corruptela autem qua inquinata sunt cum in propositulo sit, valde mirus est Tzschuckius⁴⁾ haec adnotans: ,mirus nexus horum verborum, ut mira ante structura: Libra — adeptus, qualem mox, etsi melius, repetit. excusationem facit sensus librae subiectus^c. opinatus igitur est viro in signo latente ipsam libram quasi masculini generis esse. nec felicius Woelflinus crudam sententiam concoxisse videtur, cum in praef. p. IV graviter quidem corrupta esse verba sed ,adepta^c in textum recipere se noluisse dixit. nequaquam enim fieri potest ut libra virile nomen adeptus esse dicatur, immo cuius hominis memoriae signum caeleste consecratum est, is demum signi nomen assequitur, unde Ampelius paullo post recte dixit ,Libra est dictus^c. ergo plausu fortasse digna est emendatio mea: ,Librae quam Graeci ζυγία appellant, vir ille nomen est adeptus^c. neque enim in eo offendendi potest quod ipsum nomen signi non recto casu caput totius sententiae efficit sed a verbis quae insecurunt pendet, neque in collocatione iusta inest causa dubitationis. nam quamquam Ampelium priorem loquendi rationem qua nomen signi recto casu expromitur, alteri praetulisse plurima huius capituli exempla docent, tamen §. 5 et 6 nomina cum rebus narratis coniuncta esse videmus; porro miris collocationibus epitoma abundat. nec tamen haec emendatio ad locum sanandum sufficit; nam etiam relicua pars sententiae levioribus quibusdam mendis infecta est, quae apographi vestigia prementes abolebimus. in quo cum verba ita exarata sint ut post prius ,qui^c lacuna sit et sequantur ,omni clementiae iustitia^c, postea vero ,extimantur^c legatur, litterula non mutata ,libram et pondus^c itemque cum Halmio ,omni clementia et iustitia^c scribo; lacuna quomodo explenda sit, dubium est, mihi ,praeditus^c intercidisse videtur. denique alterum ,qui^c leniter muto quod vide ne in aliis quoque locis necessarium sit. habebis igitur haece ,librae quam Graeci ζυγία appellant, vir ille nomen est adeptus qui praeditus omni clementia et iustitia Mochosque dictus primus dicitur libram et pondus hominibus invenisse quae utilissima mortalibus existimantur, ideoque in numerum stellarum receptus est^c.

4) Luc. Ampel. lib. mem. in usum scholarum emend. et subiectis notis inlust. Lps, 793. Auct. lat. min. III, 3. hanc editionem F. A. Beck Lps. 26 ita repetit ut commentaria in sermonem germanicum transferret hic illuc per errorem lapsus.

iam vero ex quibus tandem latebris Mochum illum ab Ampelio arcessitum esse putabimus? de quo certi quicquam statuere arduum est, cum nec apud graecos nec apud romanos scriptores qui de origine signorum disserunt, ullum huius fabulae vestigium invenerim. fieri sane potest ut Mochus quem Ampelius commemorat, antiquissimus ille Phoenicum philosophus historicusque sit, de quo Fabricius ad Sext. Emp. IX, 5 p. 621 locis collectis breviter disputavit,⁵⁾ sed qua tandem ratione fabula orta et ad Ampelium usque propagata sit, ad liquidum perduci nequit. nimirum apud Polydorum Vergilium de rer. invent. Bas. 1550 p. 62 eius mentio fieri videtur his verbis: „Eutropius itaque statim in principio primi libri Sidonium mensuras et pondera eo tempore invenisse tradit, quo apud Albanos Procas, apud Judaeos Aza, apud Hierosolymos Hieroboam regnavit“, sed illic quoque huius fabulae adparet nec vola nec vestigium. hoc tamen memoratu dignum est novum testimonium formae Mochi⁶⁾ contra Diogenem Laertium Suidamque qui Ochum hunc hominem nuncupant, ab Ampelio suppeditari. ceterorum scriptorum Arati Eratosthenis Germanici Hygini silentium inde fortasse evenit quod librae signum scorpii partem esse putabant huiusque chelas libram appellatam esse dixisse sat habebant. sed subtiliorem quaestionem quippe quae sine indagatione fontium unde Ampelius hauserit, institui nequeat, nunc praetermittam.

4. mutilae scripturae eiusdem generis in apographo restant permultae atque usu saepe venit ut ex uno vocabulo duo elici necesse sit. V, 2 „ceteri speciales adscribuntur“ cum mire dictum sit, leniter muto in „set eis speciales adscribuntur“ ac VI, 14 itidem pro „ceterum“ scribendum videtur „set earum“. XLVI, 5 „tertia apud Trasimennum vastato Flamini exercitu“ dubito num sana sint; nam exercitum vastare ne pravissimus quidem latinitatis auctor dixit ac Tacitum Agric. 22 „vastatis usque ad Tanaum nationibus“ vel Florum I, 39 „Minucius toto vastavit Hebro sc. Thraces“ vix spero quemquam in auxilium vocaturum esse; quapropter scribo „tertia apud Trasimennum vasta strato Flamini exercitu“. pugnam hoc epitheto dignam esse Livi XXII, 7 luculenta verba comprobant. VIII, 2 „et nemo neque invenire potest quis pinxerit“ sanantur pro „neque“, „hodieque“ quod apud scriptores posteriores floret restituto. eiusdem capituli verba §. 5 „Brachia calculus“ dirimenda sunt cum in priore verbo novae urbis nomen obliteratum esse non verisimile sit sed omnes quisquiliae Sicyone tamquam in armamentario conservatae esse videantur, atque ita restituenda: „remi Argonautarum cum gubernaculis et brachia“. nam antennae brachia dicuntur. cf. Verg. Aen. V, 829.

5. numerus vero lacunarum quae partim scripturae pravitate indicantur partim sine externo indicio detegendae sunt, haud exiguus est. XLVI, 6 leguntur haecce

5) cf. Ritter hist. graec. phil. I p. 165. Damasc. de prim. phil. c. 125 p. 385.

6) Strab. p. 757. Joseph. ant. I, 3. Athen. III p. 126 A.

,postea vero quattuor duces punici belli gloriam sibi vindicant', sed enumerantur tres Fabius, Marcellus, Claudio Nero. maiorem lacunam explendam esse quis est quem fugiat? et Woelflinum de hac re nihil adnotasse miror. etenim quartum ducem desideramus nec credi potest Scipionem Aemilianum quem de tertio bello punico enarrans commemorat, quartum esse, quia secundum bellum a tertio data opera seiungit ac quae de Scipione narrantur priori rationi enumerandi repugnant. hoc accedit quod Ampelius licet levissime scripsit, Scipionem Africanum maiorem silentio praetermittere non potuit, praesertim cum Florus quem ante oculos habuisse videtur, tantis eum laudibus extollat I, 22, 54 sq. ut dicam quod sentio, hic ipse intercidit quartus dux. lacuna igitur post verba ,exceptit et ingenti proelio vicit ipsius Ampeli verbis explenda est quae XVIII, 11 legimus ,Scipio Africanus qui Annibalem et in eo Africam debellavit'. nam quod ante dicta hoc loco iterantur, offensioni non est cum etiam quae de Claudio Nerone traduntur eisdem fere verbis XVIII, 12 prolata sint. Tiberium Gracchum autem quem inter Marcellum et Neronem intercidisse ex verbis Flori I, 22; 30 forsitan quis collegerit, propterea potissimum interserere dubitavi quod XXVIII, 4 ,Gracchum in Lucania' de hoc diversa prodidit. itidem XLI quattuor bellorum genera pollicetur sed tria tantummodo recenset; recte igitur Woelflinus sociale bellum evanuisse intellexit, verum non post verba ,cum Lacedaemonii' intercidit; nam quae exempla belli gentilis adduntur ea cum socialis sint, ,sociale' post ,geritur' interponendum est atque una cum hoc verbo exempla belli gentilis periisse videntur, quamquam fortasse non necessaria sunt. ceterum Florum capitinis auctorem esse perquam dubium est qui quamquam in locis non nullis certa genera bellorum obiter delibat dubitans maxime quo nomine unum alterumve appellat velut II, 6; 8; 10, tamen nusquam in descriptione tam certa accurataque praeivit. nihilo minus ex collocatione capitinis quod fini potius libelli quam enarrationi rerum gestarum aptum esse liquet, argumentum repeti posse videtur unde Florum Ampelio opportunitatem huius rei commorandae dedisse evincatur; nam in capitibus XL et XLII vestigia quaedam ad Florum ducentia adparent. VI, 13 duodecim Cyclades in mari aegaeo esse Ampelius contendit sed undecim nomina insecuntur; quapropter post Tenos nomen Ceos intercidisse censemus. maior lacuna etiam XXX, 5 narrationem obscuravit simulque reliquarum litterarum labem contraxit. ex reliquis apographi ,ille alio loco abscondet' quas Salmasius in ed. pr. audacter mutavit in ,illie alia equa ab suo initur', elicio ,ille loco alia abscondite' tum lacunam agnosco quae haud scio an ex Justino I, 10 quicun Ampelius aliquatenus consentiat, possit expleri; verba enim quae insecuntur intellegi nequeunt nisi antea fraudis agasonis adventusque septem Persarum in locum constitutum mentio facta est.

6. alia menda obscuriora illa quidem sed non minus certa ope scriptorum qui similia tradiderunt Ampelioque ante oculos versabantur, tollenda sunt atque haec

via emendandi ut est difficilior et suapte natura molestior ita ad perspiciendam miserrimam epitomae condicionem plurimum valet. II, 2 verba ,isque Jovis iussu Europam Agenoris filiam Sidoniam adludens decepit et eam Cretam deportavit ad fragmenta Nigidi a scholiasta Germanici tradita rectius constituenda esse arbitrornam quamvis non tanta confidentia quanta Woelflinus diss. p. 28 contendit dixerim totum caput alterum ex Nigidio fluxisse, tamen nihil obstat quominus fragmenta eius cum Ampelio congruentia emendando adhibeamus quippe quae in ampliore Hygini exemplo haud dubie exstiterint. cum vero scholiasta haec Nigidi verba referat⁷⁾, is per pelagus Sidoniam venit ibique Europam inter aequales suas ludentem in templo Aesculapi conspexit etc., manifestum est apud Ampelium „Sidoniam“ nomen urbis esse, qua forma etiam Just. XI, 10 usus est. idecirco „missus“ intercidisse videtur; scholiasta enim antea dixit „quem Jovis Sidonem misit“. „adludens“ quod in „advectus ludentem“ dirimentum esse propter verba scholiastae paulisper opinatus eram, nunc haud immutaverim memor Ovid. met. II, 864 ,et nunc alludit⁸⁾.

XX, 5 in apographo et editione principe haec scripta sunt: „trecenti sub Calpurnio Flamma contra Poenos qui in Siciensi saltu mortuo exercitu populum Romanum liberaverunt“. Woelflinus alteram Dukeri⁸⁾ emendationem „morte sua exercitum populi Romani“ in editione sua exhibuit quae licet sententia et facilis et fidei rerum non contraria restituatur, tamen spernenda videtur quoniam alia certiorque emendandi via patet investigatione fontis communita. tenendum vero est populi romani genetivum a Dukero recte restitutum esse, quod quanta veritate factum sit consentient quotquot in codicibus haec verba notari haud ignorant. ac non semel compendia in apographo oblitterata sunt. cf. Woelfl. diss. p. 20. duo igitur scriptores Florus et auctor libelli de viris illustribus urbis Romae quem Aurelium Victorem volgo perhibent, eis quae Ampelius inde a cap. XVII usque ad XXVIII: et inde in a cap. XXXVIII usque ad XLVI narravit paucis exceptis quae propter brevitatem ad certum fontem revocari nequeunt, prorsus similia tradiderunt. ac Florus quidem in eis libelli partibus quae internas res Romanorum narrationemque quodammodo dispositam ac descriptam continent, cum Ampelio consentit, Pseudo-aurelius contra ea capita quibus inlustres Romani enumerantur, habet similia. iam vero cum hoc caput in medio quodammodo positum sit neque illico adpareat unde fluxerit, dubium esse potest utrum recte in auxilium vocemus; alterutrum enim primum fontem Ampeli fuisse nego. quae vero in hoc capite insunt, partim apud Florum partim apud Pseudoaurelium inveniuntur; quae de Curtio Metelloque dicuntur, solius Ampeli sunt. de Metello cf. Dion. hal. a. r. II, 66. hoc tamen levius est,

7) cf. A. Breysig de P. Nigidii Figuli frgm. ap. schol. Germ. servat. Berol. 54. p. 20. eiusd. comment. Philol. XIII p. 657 sq.

8) C. A. Dukerus Ampelium Floro adjunctum anno 1722 iterumque 1744 LB. edidit.

quia etiam ille de viris illustribus libellus genuinam formam deposuisse atque in epitomam redactus esse videtur.⁹⁾ quodsi verba Ampeli cum illis comparaveris, de ceteris quidem dubitatio remanere potest sed ad locum quem emendaturi sumus Florum adhibendum esse cognosces. namque licet §. 3 Mucium Cordum appellat, quod nomen apud Florum I, 4, 5 non est apud Pseudoaurelium XII, 1 reperitur, tamen quae §. 7 de Fabio pontifice narrantur, apud hunc non sunt sed apud Florum I, 7, 9 cuius verba cum §. 16 eiusdem capituli contendantur necesse est ut apud Ampelium recte ‚Fabius‘ pro ‚Fulvius‘ a Perizonio restitutum esse perspiciat; item §. 2 a scriptore epitomae Ampelius dissentit. cetera cum utroque conveniunt sed verbis ipsis propriis ad Florum quam ad Pseudoaurelium accedit. luculento exemplo est §. 2 ubi Florum II, 6 init. diligenter reddidisse videtur; nisi quod verbis Flori ‚privatum bellum‘ et ‚patricius exercitus‘ tenuitatis causa ‚peculiariter‘ et ‚patriciae stirpis‘ respondent; §. 4 eandem similitudinem habes; nam verba ‚ponte rescisso‘ in epitoma XI aliter exprompta sunt. iam vero de trecentis qui Calpurnio Flamma duce¹⁰⁾ exercitum romanum a Poenis obsecsum liberaverunt, in libello de viris illustribus XXXIX, 3 haec narrantur, sed cum ad Camerinam ab hostibus obsecsum festinaret, a Poenis in angustiis clausus est, ubi tribunus militum Calpurnius Flamma acceptis trecentis sociis in superiore locum evasit, consulem liberavit; ipse cum trecentis pagnans cecidit. postea ab Atilio semianimis inventus et sanatus magno postea terrori hostibus fuit. Florus I, 18, 13 sq. virtutem tribuni hunc in modum praedicat, trepidatum est semel circa Camerinensium saltum, sed eximia virtute Calpurni Flammae tribuni militum evasimus. qui lecta trecentorum manu insessum ab hostibus tumulum occupavit atque moratus hostes est, dum exercitus omnis evaderet. ac sic pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequavit, hoc inlustrior noster, quod expeditioni tantae superfuit, licet nihil inscripserit sanguine. Ampeli verbis magis ad Florum vel eum quo usus est auctore quam ad Pseudoaurelium nos duci non solum ex singulis verbis, verum quod maioris momenti est, ex comparatione trecentorum Romanorum totidemque illorum Lacedaemoniorum eluet, cuius in libello nullum exstat vestigium. nimirum Cato in libro quarto ut videtur originum praeclarum facinus commemorans de hac comparatione praeuerat, quamquam de numero potissimum cum panegyristis discrepat mancam similitudinem respuentibus.¹¹⁾ num autem Livius Calpurnium cum Leonida contendit, haud liquet cum neque ex epitoma libri XVII neque ex XXII, 60, 11 ubi hanc

9) cf. Meier in Zimmerm. diur. ant. 35 nr. 130 p. 229. Woelfl. diss. p. 35 sq. sed tamen ex mea quidem sententia hic libellus aliter ortus est ac vile opusculum de origine gentis romanae de quo cf. Rotter de auct. libelli de orig. gent. rom. Cottb. 58.

10) cf. Front. strateg. IV, 5. Liv. XXII, 60, 11. Senec. ep. 82. Plin. n. h. XXII, 6. Freinsh. ad l. l. Flori. Fabric. ad Oros. IV, 8. Niebuhr III p. 683.

11) cf. Gell. III, 7. Bormann M. Porci Catonis originum reliquiae. Brandenb. 58. p. 14.

rem leviter attingit, quicquam erui queat. Flurus vero scriptorque epitomae livianae de nece trecentorum nihil dicunt; nam verba illius „pulcherrimo exitu“ non est quod necessario ad mortem referamus, immo cum superfluisse ducem subinde addat, mortis commemoratio aliena est. quapropter Ampelius quoque ni fallor ea abstinuit ac tertium quod vocant comparationis in verbo morandi quod Florus praebet, quaerendum est. ultima autem verba Flori omisit aut memoria tenens ea non de Leonida sed de Othryade¹²⁾ prodi aut quod verisimilius est, quia in fonte unde haec sumpsit, non repperit. nam a Floro Leonidam cum Othryade confundi recte intellexit Salmasius in adnotatione edit. anni 1655 p. 66, Ampelius autem XIIIII, 4 alium scriptorem fideque dignorem secutus Othryadis mentionem fecit. fortasse tamen uterque ad Cornelium Nepotem respexit; nam Ampelius Othryadem ex vita Leonidae repetisse videtur, Florus contra comparationis quam Nepos inter Leonidam Othryademque instituit parum curiosus hunc cum illo confudit. omnibus quae disserui cum demonstrasse mihi videar ex Floro quamvis fons libelli memorialis haberi non possit, tamen remedium huius loci repeti posse, scriptura apographi sic emendata: „morati eos exercitū p. r.“ assequor quae sine offensa leguntur: „trecenti sub Calpurnio Flamma contra Poenos qui in siciliensi saltu morati eos exercitum populi romani liberaverunt, ut plane trecentorum Lacedaemoniorum apud Thermopylas gloriam adaequarent“.

12) cf. Valer. Max. III, 2 ext. 4. Her. I, 82.



— 6 —

deren Verwendung ist eine der ersten und wichtigsten Voraussetzung für die Entwicklung
der Sprache. Sie ist nicht nur ein Mittel, um neue Wörter einzuführen, sondern auch ein
Werkzeug, das die Bedeutung von Wörtern und Sätzen zu verändern hilft. Durch die Verwendung
von Adjektiven kann man die Bedeutung eines Wortes erweitern oder beschränken. Durch die Verwendung
von Präpositionen kann man die Beziehung zwischen Wörtern und Sätzen klarstellen.
Durch die Verwendung von Konjunktionen kann man Sätze verbinden und so komplexe
Sätze erstellen. Durch die Verwendung von Partizipien kann man Sätze einfacher gestalten.
Durch die Verwendung von Adverbien kann man die Bedeutung von Wörtern und Sätzen
noch weiter erweitern. Durch die Verwendung von Konjunktionen kann man Sätze
zusammenfassen und so die Lesefreude erhöhen. Durch die Verwendung von Partizipien
kann man Sätze einfacher gestalten. Durch die Verwendung von Adverbien kann man
die Bedeutung von Wörtern und Sätzen noch weiter erweitern.

